



Kern 86
(1-54; a-g)

(29)

DESIGNATIO LABORVM

QVOS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
IMMINENTE SEMESTRI HIEMALI

AD

STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONE

IMPENDERE CONSTITVERVNT,

PRO-RECTORE

JOANNE JVNCKERO,

MEDICINAE PROFESSORE.



P. P. D. XXVI, SEPTEMBR. MDCLV.



HALAE SALICAE,

E TYPOGRAPHEO LEHMANNIANO.





LECTIONES PRO-RECTORIS, DIRECTORIS

AC

PROFESSORIS MATHSEOS ET PHYSICES PRIMARI.



JO. JVNCKER, absoluta sectione chirurgie medicæ prima, alteram, quæ *VLGERA* legitime curanda docet, *publicis* horis exponet. *Privatis* lectionibus post novi anni ingressum *THERAPIAM SPECIALEM* de novo incipiet, singulosque morbos casibus memorabilibus illustrare studebit. *Privatissime* exercitationes *CLINICAS* cum provectioribus confueto more continuabit.

JO. ERNEST. FLOERCKE *publice* hora IV. V. *Prenotiones* suas *inirpudentis ecclesiasticae* auctores nunc in publicum prodituras explicabit. *Privatum* vero ab VIII. IX. B. AVI STROVII *Jurisprudentiam Romano-Germanicam* & hora IX. X. *Jus Canon. ecclesiasticum* ad ductum BOEHMERI *instit. iuris canon.* interpretabitur; nec non hora XI. XII. docebit *Jus publicum* ad MOSERI *Grundriß der heutigen Staatsverfassung des teutschen Reichs edit. VII.* & hor. III. IV. Collegium processuale instituet, secundum B. KNORRI *Anleitung zum gerichtlichen Proceß*, *exerciti elaboratori* cupidis atque manuductionem ad *relationem actorum* desiderantibus nequaquam defuturus.

JOAN. ANDREAS DE SEGNER. *Publice* hora XI. demonstrabit atque experimentis illustrabit *Physicæ* suæ capita difficiliora, quibus de motibus agitur corporum cum fluidorum tum solidorum, præcipue coelestium. *Privatum* hora IX. *Algebra* explicabit secundum elementa germanica b. L. B. *awOLF*, sed ita, ut cursim transmissis facilioribus, geometricis potissimum, atque methodis fluxionum inhaereat, quas nos calculos differentialem atque integram appellamus. Hora II. *Arithmetica* atque *Geometria* denuo reperet secundum *Elementa* sua, hora autem III. *Mechanica* *Elementa* addet, quorum præcipua, calamo excipienda, dicet.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS pastorales institutiones tradet. *Paraeneticis* prælectionibus selectiora loca ex epistolis Pauli pastoralibus porro tractabit, & in asceticis coniuncto cum exegeti usu practico ad priorem ad Timotheum perget, post absolutam posteriorem ad *Thesalonicenses*.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora X. *Actus Apostolorum* & Pauli epistolam ad Romanos ex Græcis; horaque XI. duos notabiliores *Prophetas*, *Esaïam* & *Ieremiam*, ex *Ebraeis* fontibus declarabit.

SIGISM. JAC. BAVMGARTEN b. c. D. h. VIII. *theologiae dogmaticæ*, & h. XI. *antihæticæ* partem alteram explicabit; h. IIII. *theologiam moralem* illustrabit; atque h. VI. per tres priores hebdomadam dies *antiquitates christianas* enarrabit privatissime, proximis vero diebus exercitium disputandi continuabit.

JO. HENR. CALLENBERG ex fonte *Ebraeo* *Prophetas minores* explicabit, iisque pertractatis, se conferet, pro auditorum delectu, ad alias V. T. partes *difficiliores* exponendas; præterea paratus est tradere *vindicias portorum* V. T. locorum, qui ad *Mesiam* referuntur.

JO. GEOR. KNAPP, primo alteram *theologiae dogmaticæ* partem s. *anthropologiam* tractabit; deinde *historiam eccles. V. T.* explicabit, ac denique *in asceticis die Domini* sedulo perget.

JO. SALOM. SEMLER perget in *historia ecclesiastica* N. T.; *notitiam librorum theologicorum* præbit; & siue in *Proverbia* Salomonis, siue in *Epistolas ad Corinthios*, ut plurimum placebit, commentabitur.

I V R I.

IVRIDICAE.

JO. TOBIAS CARRACH *privatim* 1) ad B. BOEHMERI *Tractatum de Actionibus* hora VIII. & 2) ad EJSDEM *Institutiones Juris Canonici* hora IX. commentabitur. 3) *Pandectas* horis confuētis praeunte B. HEINECCIO praeleget. 4) *Elementa Jurisprudentiae Criminalis* FERIEL DN. BOEHMERI hora III. exponet. 5) *Manuductione ad Processum forensem in collegio elaboratorio* intervētus illis, quibus cum ipso hac de re ante collegiorum initium convenit.

DANIEL NETTEBLADT docebit hora IX iurisprudentiam naturalem, ad filium compendii sui. Hora X & II explicabit SCHAVMBVRGH *compendium iuris Digestorum*, VI & hora XI SCHMAVSSII *compendium iuris publici*. Tradet denique hora XI iurisprudentiam ecclesiasticam, duce SCHMIDIO in *Institutionibus iurisprudentiae ecclesiasticae*.

PHIL. JAC. HEISLER hora X, & II *Pandectas* LVDOVICIANAS, hora XI-XII. HEINECCII *Elementa Juris civilis secundum ordinem Institutionum*, denique hora III-IV. GABR. WOLFF *Elementa Juris Feudorum* explicabit.

JO. CHRIST. WILH. STECK, J. V. D. Juris Publ. & Feudalis P. P. ordinarius, munus docendi sibi regis Codicillis clementissime demandatum cessante mercatu Lipsiensi confestim auspicabitur, suasque Juris Publici, Feudalis, Canonici, & Publ. eccles. Protestant. ac Cathol. J. R. G. interpretationes peculiari programme annuntiabit.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI Finitis Collegiis Pathologico, Materiali & Practico auspicabitur Publico labore *Affectus Senum* Pathologico-Practice: Privato Studio *Physiologiam* & *Semiotologiam* explicabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publicis* in *praelationibus*, diebus ac horis haecenus confuētis, commentabitur in SCHARANDAEI libellum, *de ratione visendi aegros*; privato autem studio hora VIII. ad IX. *Pathologiam specialem*; hora X. ad XI. *fundamenta Therapiae generalis* & hora XI. ad XII. *Pathologiae generalis* praecepta debita exponet perspicuitate, initium harum lectionum d. XX. Octobr. b. c. D. facturus.

FRIDERICH HOFFMANN publice hora X-XI. *physiologiam* docebit, privatim vero hora XI-XII collegium in materiam medicam inchoabit, & simplicia ac praeparata, quae ordinarie in hoc collegio pertractantur, auditoribus ostendet, deque eorum usu ac viribus differet. Initium harum lectionum erit finitis nundinis Lipsiensibus die XX. Octobris.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER *publice* diebus Mercurii & Saturni hora XI. oculorum morbos duce St. vusto pertractabit. *Privatim* hora II. cursum operationum Chirurgicarum auspicabitur, & hora III. tam Anatomem in corporibus humanis docebit, quam institutiones suas Osteologicas explicabit, & praeparatis illustrabit.

PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS BENEDICTVS-MICHAELIS hora III. publice Syriaca docebit, fundamenti loco straturus editum ab se Syriacum, deinde vero ad explicationem praestantissimam non minus, quam antiquissimam versionis N. T. Syriacae, cuius exemplaria modico pretio haberi poterunt, progressurus.

MICHAEL ALBERTI Publico officio de Meteoris aqueis tractabit.

JOANNES JOACHIMVS LANGE, publice h. 4. *Mathesin puram*; privatim h. 2. *Mathesin applicatam* & h. I. *physicam dogmatico-experimentalem* explicabit. Hora 5. *Metalurgiam* secundum respectus physicos, mechanicos, chemicos dogmatice & per experimenta tradet ad normam brevis conspectus huius Collegii propositi in libello det Grundriß p. 32 & seqq. *Historiae naturali* ad Linnæi Systema naturae per tria regna explicandae destinantur horae prima & secunda pomeridiana die saturni. Conveniente tempore & hora *Astrognosiam* domi & sub dio tradet.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER, publicis suis recitationibus *Anthropologiae* destinavit explicationem, privato autem labore occupatus erit in explanandis *Physicis dogmaticae* fundamentis, deque harum lectionum initio ac horis iisdem destinandis propediem seorsim Dn. Committiones certiores reddet.

FRIDERICVS WIDEBVRG Deo propitio h. X-XI. *Historiam Universalem* pragmatica docendi ratione tradet, duce usus acutissimo PFENDORFIO: ab XI-XII. *Historiam Imperii Germanici* proponet, ad rerum memorabilium copia abundantissimam STROVVI introductionem, fontesque genuinos Juris Publici recludet: nec defuturus iis, qui *Collegium Juris Publici* desiderabunt. Initium facturus finitis nundinis Lipsiensibus d. 20. Octobris.

JO. HENR. CALLENBERG, si sint, qui philologiae operam plenius velint navare, hos ad *Rabbinsmum* & *Arabicam* linguam percipiendam suo ductu, si expetatur, juvare studebit.

JOHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per instans semestre hibernum Committionum, *oeconomicas praelationes* desiderantium, votis studiose satisfaciet. *Privatim* h. IX-X. ad

ad *Metaphysicam* WOLFIANAM revertetur; h. X-XI. *libros N. T.* ex fonte græco philologicis observationibus illustrabit; h. II-III. *Psalmarum* librum &, quos vocant, *minores prophetas* interpretabitur; denique h. III-IV. *Logice* præcepta ad ductum WOLFFII tradet.

GE. FRID. MEIER interpretabitur hor. 9-10 *Metaphysicam* Cæl. BAVMGARTEN, 10-11 EJVSDEM *Ethicam philosophicam*, 2-3 *Logicam* ad ductum Compendii sui, & publice 3-4 singulis lunæ & martis diebus LOCKII *tractatum de intellectu humano* in Compendium rediget, theses eius primarias, quas calamo excipiendas tradet, illustraturus, nec non singulis Saturni diebus hor. 1-2. aperiet Collegium disputatorium.

EXTRAORDINARIAE.

ADAMVS STRVENSEE præcepta tradet homilicæ hora IX; partem alteram theologice moralis explicabit hora III; & lectiones asfericas continuabit hora VI diei martis.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAUSEN, *III prophetas minores* cum *Ecclesiastice* ex fonte ebraeo interpretabitur, ac *dogmata theologica* partim *succinctè* articulorum fidei *enarratione*, partim *instituitis* in eisdem *disputationibus* examinibusque in eorum maxime gratiam qui vberioribus institutionibus iam interfuerunt, repetet.

D. JOANNES FRIDERICVS JOACHIM hora VIII. B. WOLFFII *Elementa iuris feudorum*; hora IX. B. HEINECCI *Historiam iuris Romani & Germanici*; hora XI. Illustris MASCOVI *Principia iuris publici*; hora III. compendium suum; *Einleitung zur Reichs-Historie*, & hora IV. librum suum: *Einleitung zu den Geschichten der Europäischen Königreiche*, interpretabitur. Facturus initium finitis nundinis Lipsiensibus.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI hora IX. *Hist. Imp. R. G.* ad SCHMAVSSI *historische Jus Publ. X & II. Notitiam Statisticam Regnorum Europ. I. Histor. Silesiæ Sup. & Infer. III. Notitiam Statisticam Imp. R. G. IV. Hist. Vniuersalem* ad GEBAVERI *Grundriß* docebit.

JOANNES PHILIPPVS CARRACH 1) *publice* hora propediem e valvis publicis indicanda commentabitur ad *Capitulationem* INVICTISS. IMPERAT. FRANCISCI I. *Privatum* vero 2) hora X. *Confectum reipublicæ literariæ* HEVMANNIANVM illustrabit, nec non 3) hora XI. B. D. I. HEINECCI *Elementa Iuris Civilis secundum Ordinem Institutionum* secutus principia iuris privati Romani, Germanici & Brandenburgici tradet, ut & præter 4) *institutum disputatorium* 5) *his operam suam pollicetur*, qui selecto numero imbui cupient doctrina Juris Aulici Germanici, *des Teutschen Hof-Rechts*.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE per instans semestre hybernum *privatum* 1) hor. XI. HEINECCI *Elementa iuris civilis secundum ordinem Institutionum*, 2) hor. III. vero PERILIVSTRIS BOEHMERI *Elementa Jurisprudentiæ criminalis* interpretabitur, nec non 3) *Aytem reletoriam* præeunte B. PARENTE in *der Anleitung zu Befestigung der Acten*, & 4) HEINECCI *Elementa iuris cambialis* selectis Auditoribus tradet. Tandem 5) die sabbathi hor. I. exercitium disputatorium continuabit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hybernum *Fundamenta Botanica & Historiam plantarum* publica tractatione explicabit. *Privatum* vero d. Mercurii & Saturni hora IX-X. *Differentiam Fructuum, Seminum & capsularum Seminalium* illustrabit. Initium erit d. 22. Octobr.

D. FRID. LEBERECHEIT SVPPRIAN publice physiologiam exponet; privatim BOERHAVII institutiones medicas & pathologiam generalem ad ductum SCHVLTZII pertractabit.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice de vitii oculorum opticasaget, & privatim hora IX-X pathologiam tum generalem quam specialem, hora X-XI physiologiam, hora XI-XII femioticam & hora II-III materiam medicam docebit.


F. C. JVNCKER publice physiologiam, *privatim* autem pathologiam, materiam medicam & therapiam generalem docebit. Horas his laboribus destinandas significabit e valvis.

D. JVSTVS JSRAEL BEYERVS b. c. B. inchoabit, consueto tempore, 1) *Cursum*, quem dicunt, *philosophicum*, præeunte BAVMEISTERO; 2) *Epistolographiam* & 3) *Oratoriam* docebit, ac utramque multifariis exemplis, genio sæculi accommodatis, exercebit; & præterea omnibus ac singulis *carmina, orationes, epistolæ* aliæque scripta, ab eo desiderantibus, elaborabit; quarum occupationum horas, auspiciu, methodum, aliæque scitu necessaria quaerentibus aperiet prolixius coram.

CHRISTIANVS WEBER hora VIII-IX *Mathesin puram*, duce WOLFFIO, hor. IX-X *Metaphysicam ejusdem*, hor. II-III *Logicam Cervini* & hor. IV-V *Ethicam philosophicam* b. WOLFFII interpretabitur.

D. JO. PET. EBERHARD, tradet h. X-XI. *Mathesin puram*, h. XI-XII. *Mathesin applicatam*, utramque duce b. WOLFFIO, h. 1-11 docebit *Physicam* dogmaticam & experimentalem, in proprium compendium. Cum selecto autem commilitonum numero *pathologiam* cum *Semiologia* & *Speciali Therapia* coniunctam, & clinicis casibus illustratam, inchoabit.





(29)

DESIGNATIO LABORVM

QVOS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
IMMINENTE SEMESTRI HIEMALI

AD

STVDIOSAE IVENTVTIS INSTITVTIONE
IMPENDERE CONSTITVERVNT,

PRO-RECTORE

IOANNE JVNCKERO,

MEDICINAE PROFESSORE.



P. P. D. XXVI. SEPTEMI



HALAE SAL

E TYPOGRAPHEO L

